Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Deu

Ne cum videas solem et lunam et omnia
astra celi et errore deceptus adores ea et
colas que creauit dominus deus tuus
in ministerium cunctis gentibus que sub
celo sunt. Vos autem tulit dominus et
eduxit de fornace ferrea egypti ut heres
populus hereditarium sicut est in presenti
die. Iratusque est dominus contra me
propter sermones vestros et iurauit ut non
transirem iordanem nec ingederer terram
optimam quam daturus est tibi. Ecce
morior in hac humo non transibo
iordanem. vos transibitis et possidebi
tis terram egregiam. Cauete ne oblii
uiscamini pacti domini dei vestri quod pepigit
vobiscum et faciatis tibi sculptam simili
tudinem eorum que fieri deus prohibuit.
quia dominus deus tuus ignis consumens est deus emulator. Si genuerit
tis filios ac nepotes et morati fue
ritis in terra decepti feceritis vobis a
liquam similitudinem patientes malum
coram domino deo vestro ut eum ad ira
cundiam provocetis testes invoco
hodie celum et terram. cito vos perditos
esse de terra quam transito iordane pos
sessuri estis. Non habitabitis in ea lon
go tempore sed delebit vos dominus atque
dispergit in omnes gentes. et remanebi
tis pauci in nationibus ad quas duc
turus est vos dominus. ibique ser
uietis diis qui hominum fabrica
ti sunt manibus ligno et lapidi qui
non vident nec audiunt nec comedit
nec odorantur. Cumque inde dominum deum
tuum inuenieris eum. Si tamen toto
corde obsecratus et tota tribulatione ani
me tue. postque te inuenerint omnia ma
la que predicta sunt. Nouissimo ad
dominum conuertere ad audiendum deum tuum. et au
dies vocem eius. quia deus misericors dominus deus tuus est. non dimittet
te. nec omnino delebit. neque obliuiscetur
pacti in quo iurauit patribus tuis.
Interroga de diebus antiquis qui fuerunt

ante te ex die quo creauit deus de
terra hominem super terram a summo celo
usque ad summum eius. Si factum est aliquid
huiusmodi aut simile huic cognitum e
st audiuit populus vocem dei loquentis
de medio ignis sicut tu audisti et
uiuisti. Si tentauit deus ut ingrederetur
et tolleret sibi gentem de medio na
tionum. per temptationes. signa et pro
digia atque portenta. per pugnam et po
tentem manum. extentumque brachi
um et horribiles visiones. iuxta omnia
que fecit. pro vobis dominus deus tuus
in egypto videntibus oculis tuis. ut
scires quoniam ipse est dominus deus tuus.
et non est alius preter eum. De celo te
fecit audire vocem suam. ut doceret
te. et in terra ostendit tibi ignem suum
maximum. et audisti verba illius de me
dio ignis. quia dilexit patres tuos.
et elegit semen eorum post eos. Eduxitque
te presens in virtute sua magna
ex egypto. ut deleret maximas natio
nes. et fortiores te introitu tuo.
et introduceret te. daretque tibi terram
eorum in possessionem. sicut cernis in presen
ti die. Scito ergo hodie. et cogita in
corde tuo. quod dominus ipse sit deus in
celo sursum et in terra deorsum. et non
sit alius. Custodi precepta eius atque
mandata que ego preceptor. ut bene sit
tibi et filiis tuis post te. et permanea
multo tempore super terram. quam deus de
tuus daturus est tibi. Tunc separauit
moyses tres ciuitates trans iordanem
ad orientalem plagam. ut confugiat
ad eas qui nolens proximum suum
occidit. nec fuerit inimicus ante hunc
et altem diem. et ad hanc aliquam urbium
possit euadere. Bosor in solitudine que
sita est in terra campestri de tribu ruben.
et ramoth in galaad que est in tribu
gad. et golan in basan. que est in tribu
manasse. Ista est lex quam proposuit mo
yses coram filiis israel. et hi testimonia

7 sicuti